



Theorema 18. Propositio 18.

Si diuisæ magnitudines sint proportionales, hæ quoque compositæ proportionales erunt.



Theorema 19. Propositio 19.


Si quemadmodum totum ad totum, ita ablatum se habuerit ad ablatum: & reliquum ad reliquum, ut totum ad totum, se habebit.



Theorema 20. Propositio 20.

Si sint tres magnitudines, & aliæ ipsis æquales numero, quæ binæ, & in eadem proportionem sumantur;

ex æquo autem prima quàm tertia maior fuerit; erit & quarta, quàm sexta, maior.



Quod si prima tertiæ fuerit æqualis, erit & quarta æqualis sextæ: sin illa minor, quoque minor erit.

Theo.